



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661**

2 Ecclesias intrans non cogatur dare nummos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

vetra acolythum fecimus, quem ad obsequia vestra tranfmisimus, ut si in lucrandis animabus amplius serviet, proficere amplius possit.

C. CXXXII. *¶* Quisquis in Romana ecclesia sacrum ordinem accepit, ab ea ulterius egredi non poterit.

Idem Helia presbyterus & abbas, lib. 4. epist. 30. f. 4. 74.

Nullum a vestrum b Epiphanium mandatis, ut ad sacrum ordinem provehere deberemus, vobisque transmittere. Sed in uno vos audivimus, in alio autem minime audire potuimus. Diaconus quidem factus est. Sed quisquis semel in hac ecclesia ordinem e accepit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet. Si ergo vos videre non potuit, hac ex re consolationem habeo, quia in filio vestro requiesco.

Non itaque quorumbet precibus ordinationes facta, falsa disjuciantur, sed he demum, que precibus ordinanda, vel eius amici, non spirituali, sed carnali affectu porrectis sunt, cum alia futura non essent: quas non charitas interveniens, sed ambitio supplicans torquet. Non solum autem clericis cupit debet Episcopi summus Pontifex in ecclesia Romana vales ordinare, verum etiam opportunitate exigente monachos, & quolibet clericum convocare potest, & mutare.

C. CXXXIII. *¶* De eodem.

Unde Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epist. que incipit [Proposueramus.]

Per a principalem beatorum Apostolorum Petri & Pauli potestatem, jus habemus, non solum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacunque diecesis, cum necesse fuerit, ad nos convocare, atque ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus invitare.

is ps. *¶* Quilibet ergo manere interveniente falsa disjucatur ordinatio. Sic ut pretio interveniente sacri ordinis non sunt vituendi, ita nec restituendi. Vi enim ait beatus Ambrosius, sacri ordinis nec pretio sunt emendi, nec redimendi.

C. CXXXIV. *¶* Pretio interveniente sacerdotale officium non restituatur.

Hinc etiam Gregorius VII. ait lib. 6. reg. in concilio habito anno Domini 1071. pontificatus sui 6. c. 10.

Nullus e Episcopus gravamen, seu fervile servitium ex usu contra ecclesiasticam normam abbatibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officium pretio interveniente restituat. Quod si fecerit officii sui periculum subeat.

Qui autem pecuniam accipiant, ut ordinanda sacri ordinis ministrant, vel ut canonice electioni assensum non prebent, aut ecclesiam edificandam, vel conferendam lapidem benedictum, vel consecrationem subtrahant, multi argumenti accepta pecunia rei, & infames esse probantur.

C. CXXXV. *¶* Sacriligi sunt iudicandi, qui ecclesiam Dei non permittunt regulariter ordinari.

Ait enim Paschalis secundus.

Sunt quidam, qui vel violentia, vel favore non permittunt ecclesias regulariter ordinari. Hos etiam decrevimus ut sacrilegos iudicandos.

C. CXXXVI. *¶* De eodem.

Codici lib. 9. ad legem Juliam repetundarum, Imp. Gratian. Valentin. & Theodosius.

Ibtemus, f & hortamur, ut si quis forte honorarium, decurionum, possessorum, postremo etiam colonorum, a cuiuslibet ordinis iudice fuerit aliqua ratione concessus, si quis sit de iure venalem fuisse sententiam.

a Anselm. l. 7. c. 72. b nostrorum. orig. e ad sacrum ordinem d. 7. 9. 9. 1. per principalem. Anselm. c. 71. & lib. 2. c. 14. c. Fulg. 4. tit. 21. f. 11. 17. 4. 9. In codic. Theod. lib. 9. c. 11.

tentiam, si quis poena vel pretio remissam, vel vitio cupiditatis ingentiam, si quis postremo quacunque de causa improbum iudicem potuerit approbare, is vel administrante eo, vel post administrationem depositum in publicum prodeat, crimen defert, delatum approbet, cum probaverit, & victoriam reportaturus, & gloriam.

C. CXXXVII. *¶* De eodem.

Item in digestis lib. 3. titulo de calumniatoribus, a de prima [Vlpianus lib. 10. ad Edictum.]

IN eum, qui ut calumnias causa negotium faceret, vel non faceret, pecuniam dicitur b accepisse, intra annum i utilem, in quadruplum eius pecunie, quam accepisse dicitur, post annum simpli e in factum actio dicitur. *¶* In hac & sequentibus legibus, que ex ff. etantur, repetitio tunc ex veribus exemplaribus Gratiani, que cum Paulis Florentinis valde conveniunt.

i ¶ Vitalem] Hac dicitur non esse in antiquis codicibus Gratiani, neq. in Pandectis, sed ob glossam non esse sublata.

C. CXXXVIII.

Ibidem lib. 47. tit. 13. 2. de concessione. [Macer. lib. 1. publicorum iudic.]

Concessionis iudicium publicum non est. Sed si idem pecuniam quis accipit, quod crimen minime e potest iudicium publicum esse ex senatusconsulto, quibus poena legis Cornelie teneri iubetur, qui in satisfactionem innocentium coierit, quive ob accusandum vel non accusandum, denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium, pecuniam acciperint.

C. CXXXIX. P A L E A.

Ibidem lib. 47. tit. 11. ad legem Juliam repetundarum, l. 3. [Macer. lib. 1. pub. iud.]

I Ege Iulia repetundarum iudicium, vel potestatem haberet, pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum, si decernendumve accepit: Penultimus Saturninus l. vel quo, eod. tit.] vel quo magis minus quid ex officio suo faceret.

i ¶ Vel non iudicandum] Sic etiam in Digestis habetur: sed a Pandectis Florentinis absum ista vox. Est autem Palca ista seri in omnibus vetustis exemplaribus Gratiani, & a cap. sunt quidam. usq. ad finem questionis nulla est alio capto.

C. CXXX. *¶* De eodem.

Idem eod. tit. l. 6.

E Adem lege tenetur, qui ob denuntiandum, vel non denuntiandum testimonium pecuniam accipit.

Et post pauca ¶ Lege Iulia repetundarum cavetur, ut quis ob militem legendum mittendumve, as accipit, neve quis ob sententiam in senatu, consiliove publico dicendam pecuniam accipiat, vel ob accusandum, vel non accusandum. ¶ Macer. lib. 1. pub. iudic. l. 7. Lege Iulia de repetendis precipit, ne quis ob iudicandum, mittendumve, mutandum, iubendumve, ut iudicandumve ob non dandum, non mutandum, non iubendum, neve ob litem affirmandam, iudicandamve aliquid accipiat, & infra. ¶ Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur: & plerumque vel exilio puniuntur, vel etiam durius, prout admiserint. Veniens eod. tit. l. 6. Hac lege damnatus testimonium publice dicere, aut iudicandum esse postulare prohibetur.

¶ Accipit] In Pandectis sequitur verusculus, Huiusmodi damnatus, qui exponitur in fine huius capituli.

QUESTIO II.

1 S Equitur secunda questio, qua queritur, an per pressu monasterii, pecunia sit exigenda, vel sit restituenda. Hec utronque licet per triusque testamenti serie comprehatur. Legitur in primo d libro Regum, quod Anna detulit pecuniam a Tit. b aldegitur. c ad insimpliam d d. 1. 1. 1. 1.



Samuel, postquam ablatus fuerat, in tribus rotulis, & tribus modis scribitur, & amplius vini ad domum Domini in Silo. ¶ In alio a vero Apostolorum legitur, quod multitudinem credentium erat cor unum, & anima una: nec aliquid eorum, que possidebant, quasi propriam esse dicebat: sed erant illi omnia communis. & singuli vendebant prædia sua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apostolorum: quorum unus, Ananias b nomine, diu parum sibi referre, cum uxore sua Saphira, sententia maledictionis accepta, ante pedes Apostolorum cecidit mortuus. ¶ Hinc titulus apparet, quod ingressus monasterium sua debent offerre rebus: nec aliter sunt recipiendi, nisi sua obtulerint. Sed aliud est, sua sponte offerre, aliud, exacta perfolere. Anna mater Samuelis non exacta, neque petra, sed sponte munera sacerdotibus obtulit. Gradates sua sponte offerre Apostoli, ut indignitatem necessitatibus deferrerent, que instante persecutione infidelium, eis possidere non licet. Ananias quoque non adeo damnatus est, quia sua nollet offerre: sed quia Spiritu Sancto mentitus, pretia eorum, que Apostoli obtulerat, ex parte fraudulata. Non ergo his adulationibus permittitur rectoribus ab ingressibus aliquid exigere, sed sponte oblata suscipere; quæ illud damnable est, hoc vero minus.

C. I. ¶ Pro dedicatione ecclesie nihil exigatur.  
Unde in concilio Bracaren. c. II. cap. 5. legitur.

Placuit, ut quoties ab aliquo fidelium ad consecrandam ecclesiam Episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod a fundatore requirant: sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur: si vero ab illo. Hoc tamen uniuersis; Episcoporum meminerit, ut non prius delicta ecclesiam, nisi antea dotem basilicæ & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non levis culpa est ista temeritas, si sine luminariis, vel sine substantiali sustentatione eorum, qui ibidem seruituri sunt, tanquam domus privata consecratur ecclesia.

C. II. ¶ Ab illis, qui ad conversionem accedunt, nihil est exigendum, nec pretio aliquo ad conversionem est attendendum.

Item Bonifacius scribit Romanis Episcopus scribit eumdem Cardinalis ecclesie canonicis.

Quam pio mentis affectu, fratres charissimi, vestra destinationi Romana compatiatur ecclesia, vobis fortassis est incognitum, sed cognitori omnium non incognitum habetur. Dabitur autem vestra quod idoneum demus responsum, Deum testificor, ipsa quoque me dubitatio reddidit anxiam, & ineptum. Nusquam enim legitur Domini discipulos, & ineptum. Nusquam enim legitur Domini discipulos, vel eorum ministerio interuentu provocasse: nisi forte de pauperum alimentis inuicem proponant, quorum nulli, cuiuscunque professionis esset, victualia negabantur. Scimus & equidem, quod omne datum optimum, & optimum donum perfectum defursum est descendens a patre sancto deliberationis arbitrio gratis Deo seruire disposuit. Restat ergo, ut qui pro aliqua ecclesiastica successionem accipit, donum Dei, quod a patre luminum defendere debuit, vendat; munus autem largiens importunus eruat. Quid autem de diuini doni venditoribus, vel emptoribus consequatur, concludi necesse

non est. ¶ Cavete ergo fratres, quam sit ambiguum quod petitis consilium; quod quidem secundum vestram voluntatis propositum, nulla inuenimus ratione confirmatum. Verumtamen, si vestre necessitati adeo est opportunus, quem reperistis, dum tamen omnis abbit pactio, omnis cesset conventio, nulla que incipiat, sui que fiat distinctio, accedat gratis Deo seruire incipiat, sui que regimini devote gessit obsequium; & postmodum vos quasi subsidii gratia, aliqua tunc ecclesia munera largiri fratrum solatio Romana permittit ecclesia.

¶ B. Thomas citat hoc cap. 2. 2. quæst. 100. in fine articuli tertii: & vero, quam ibi tractat, sola huius capitis auctoritate confirmat.

C. III. ¶ De eodem. P. A. E. A.  
[Unde Urbanus Papa in concilio apud Meliam, c. 12.]

Nihil ab abbas pretium sumere, vel exigere ab eis, qui ad conversionem veniunt, aliqua passio occasione presumat. Regulam antiquam sequens, nulli unquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum esse constituit, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam nova per ambitionem simulatione inuenit, appellatione pallii. Quia enim ordinando Episcopo Pontifex manum imponit, Evangelicam lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit.

¶ In multis veteribus exemplaribus, in quibus pauca sunt patet, habetur caput hoc usque ad vers. Regulam. Reliqua vero sunt B. Gregorius locis indicatis.

¶ Quia enim in pterisque exemplaribus, que habent hanc paleam, non sunt ista duo verba. Verum apud B. Gregorium legitur, quomodo tenet ad hunc oratio, & conuenitur cum illis, que in sequenti capite afferuntur, hoc modo. Quia enim ordinando Episcopo Pontifex manum imponit, Evangelicam lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit, sicut Pontifex non decet, &c.

C. IV. ¶ Ab ordinando non debet aliquid exigere, sed nec voluntarie oblata respice oportet.

Item Gregorius in Regali lib. 2. epist. 44. sive cap. 88. in synodo Romæ habita.

Sicut ad Episcopum non decet manum, quam imponit, vendere, ita minister, vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam, vel calamus venundare. & paulo post. ¶ Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito, neque exactus, neque petitus, post acceptas chartas, & pallium, aliquid culibet ex clerico, gratia tantummodo causa, dare voluerit, hoc accipit nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpam maculam ingerit, que non ex ambientis petitione processit.

Auctoritate Bonifacii patenter ostenditur, quod sicut nullus pretio est invitatus ad conversionem, ita nulli, pecunia interueniente, ecclesia largiri oportet ingressum. Auctoritate vero Gregorii datur intellectus, quod pro ingressu ecclesie non licet pecuniam exigere, sed sponte oblatam licet suscipere.

¶ Item apponitur illud Apostoli 1. ad Timotheum, cap. 3.

C. V.

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. [Quæ autem non sunt verè viduæ, id est, que suis, vel parentum episcopi sustentari possunt, non recipiantur.] ut Ecclesia sufficiens, que verè vidua sunt.

a al. cepistis. b Anselm. lib. 6. cap. 97. Pann. lib. 3. tit. 2. c. 7. Inopari. cap. 109. Polyb. lib. 2. tit. 1. B. Gregorius lib. 4. epist. 44. & lib. 12. post epist. c placiti. orig. d extra. de simonia. cap. 1. Polyb. Anselm. ibid. lvo. e al. pado. f ex accipiente ambicio non processit. orig.





Capit hoc in multis veteris codicibus est conjunctum superiori.

C. VI. Qui sumptibus propriis sustentari possunt, ab ecclesia stipendia non accipiunt.

Item Hieronymus ad Damasum Papam.

Clerici autem illos convenit ecclesie stipendiis sustentari, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus suis sustentari possunt, si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profecto committunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant & bibunt.

Insuper etiam t. 1. cap. fin. citatur ex Hieronymo. Ad similia habentur in regula monachorum ex dicto Hieronymo, in cap. de paupertate. & in glossa ordinaria ad 1. 5. prima ad Timotheum, ex Hieronymo.

C. VII. Quibus sua sufficientia, ecclesie alimentis non sustententur.

Item Prosper de contemplativa vita, lib. 2. cap. 9. & 10.

Pastor b Ecclesie iis, quibus sua sufficientia, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere. Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit per Prophetam c Spiritus Sanctus [Peccata populi mei comedunt.] Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt.

Verum his auctoritatibus prohibetur ab ecclesia suscipi, non illi, qui quandam fuerint divites, postea vero omnia reliquerunt, ut d. Petrus, & Matthieus, & Paulus; aut pauperibus distribuerunt, ut Zacharius c; aut ecclesie rebus adiuxerunt, sicut illa f, qui pradia sua vendentes; ponebant preria ante pedes Apostolorum, ut essent omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere volentes, ecclesiasticis facultatibus passim deserviant.

C. VIII. Qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus ecclesie sustentari.

De quibus in eodem libro Prosperi, cap. 10. subinfertur.

Si quis propter hoc non vult sua relinquere, ut habeat unde vivat, ut quid accipit unde rationem reddat? ut quid peccatis alienis sua multiplicat? Item ibidem paulo superius. Non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum praesumendo suscipiunt, qui ecclesiam, quam juvare de propriis facultatibus debuerant, suis expensis insuper gravant, propter hoc fortassis in congregatione viventes, ne aliquos pauperes pascant, ne advenientes excipiant, aut ne suum censum expensis quotidianis immittant. Quod si aliquid de fructibus suis ecclesie, velut pro ipsa expensa sua contulerint, non se praferant inani iactantia illis, quos nihil habentes pascit & vestit ecclesia, quia perfectior est ille, qui se mundi rebus expoliat, aut b qui cum nihil habuerit, nec habere desiderat, quam ille, qui ex multis quae possidet, ecclesie aliquid praestat, ac se de eo quod praestiterit forsitan iactat.

Ecce, qui prohibetur ab ecclesia suscipi. Illi vero, qui omnia sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesie rebus adiungunt, & ab ecclesia laudabiliter suscipiendi sunt, & eius opibus sustentandi.

a 16. quasi. 1. cap. fin. b in concil. Aquilgr. cap. 157. Praeser. ibidem cap. 10. c Off. 4. d Matr. 4. e Luc. 19. f Act. 4. g & in concil. Aquilgr. ibid. h al. &.

C. IX. Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesie rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica dispensant.

Unde in eodem libro a, cap. 1. legitur.

Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude operari accipit a populo dispensanda, & fideliter dispensanda: quia omnia sua aut parentibus i recipiunt, aut pauperibus distribuit, aut ecclesie rebus adiungunt. Alii in numero pauperum, paupertatis amore, consistunt, ut unde pauperibus subministrat, inde & ipse tanquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque, qui pauperes aut voluntas, aut nativitas fecit, cum perditione intuitus, vitae necessariae sive in domibus suis, sive in congregatione viventes accipiunt: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit vivendi necessitas. & infra b cap. 24. De talibus dicit videtur Augustinus c [Quin factario operantur, quae de factum habent edunt, & qui in altario deserunt, cum altari non participant.] Qui nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intelligi, nunquam secutus adiungeret. Ita & Deus ordinavit, his, qui Evangelium annuntiant, ad Evangelio vivere. De Evangelio vivunt, quoniam proprium habere volunt, qui nec habent, nec habere cupunt, concupiscunt, non suorum, sed communium possidiores. Quid est aliud de Evangelio vivere, nisi laborare, inde, ubi laborat, necessaria vitae percipere? Apud tamen, qui sic Evangelium praedicavit, ut nec de Evangelio viveret, sed necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter eloquitur. [Ego autem multorum usus sum.] Et quare hoc dixerit, secutus aperit dicens. [Expediit mihi in magis, quam ut gloriam meam quis evacuet.] Evacuare dicit gloriam suam in eis, quibus praedicabat, voluisset accipere vitae necessarios d' expensam. Notebat quippe in re praesentibus sui fructum, sed in futuro recipere.

i. Aut parentibus] In aliquo, manuscripto Codicem legitur, aut pauperibus reliquit. in vetustis autem Praesertim dicit, & in concilio Aquilgranenfi legitur, quia omnia sua reliquit aut ecclesie rebus adiunxit. Sed quoniam non exemplaria Gratiani & Prosperi habent vulgatum textum nihil est mutatum.

C. X. Iuxta meritum laboris, ecclesiastica stipendia sacerdotibus distribuunt.

Item ex concilio Agathensi, cap. 96.

Clerici omnes, qui ecclesie fideliter, vigilanterque deserunt, stipendia sanctis laboribus debita iustitiam servitii sui meritum per ordinationem canonice a sacerdotibus consequuntur.

Multorum i. auctoritatibus luce clerici castit, quod ad regeris monasterium non licet pecuniam exigere, ne & ille qui capere ille qui solvit, simoniae crimen incurrit.

i. Multorum] In vulgatis codicibus hinc b. Multorum proponebatur hic titulus. Item ex concilio Verbanum Papae bito Alvernix: qui sublati est, quoniam abest ab omnibus vetustis exemplaribus collatus, & in plerisque loc. s. est inveniatur quoniam tertia quaestio.

QUESTIO III.

1. Ed. ad hoc obicitur, quod qui ingrediuntur monasteria, penitentiam tribuunt, non praesertim religioni, sed penitentiam nem stipendium ecclesie emunt. Temporalia ergo non sunt, quae ecclesie emunt, nequaquam simoniae habentur. & Hic etiam obicitur. Non solum qui spiritualia, sed etiam, quae temporalia sunt, emunt.

a Et in Aquilgr. c. 105. b In Aquilgr. c. 111. c 1. l. 1. d al. corporali. e al. vel.

